

ADDITIONES. Ad Quæst. XXI.

Item est de indicijs. Adde quod materia præsentis quæstionis multum confert cum q. 64. & adde aliud indicium

QVÆST. XXI.



Item est de indicijs in genere: nunc in specie de ali- quibus indicijs videamus.

Fama sola, quæ sit contra aliquem, quod maleficium commiserit, est sufficiens indicium ad inquirendum contra eum, ut dixi supra q. 5. circa principia ipsa autem fama absque alijs adminiculis non est sufficiens indicium ad torturam. Et ita tenent communiter Doctores, ut ait Marsil. consil. 3. num. 4. in fin. Hanc etiam dicit esse communem conclusionem Ias. in repet. l. admonendi numer. 207. ff. de iureiur. quem refert Crauet. consil. 4. num. 6. & Blancus de indicijs, num. 313. & Duennas regul. 300. in princip. & Villalobos in sua collecta communium opin. in littera F. verb. fama sola, & Foller. in pract. crim. fol. 156. numer. 28. Crotus in tract. de testib. numer. 147. Marsil. in leg. de minore, §. plurimum, num. 30. ff. de quæst. & sing. 79. fama sola, quem refert. Diaz. regul. 333. Carrer. in

Hic not quod indicium, seu remotum debet regulariter per duos testes probari, ut latè per Olasc. decis. 79. num. 16. & 29. Giach.

De indicijs quibusdam in specie, & i. de fama quando ad inquirendum, vel torquendum sufficiens sit, Farinac. in 2. volum. suorum quæst. q. 47. sub tit. de indicijs, & fama ad inquirendum, ibi. num. 37. 38. 39. 40. Ros.

Vide per Duen. mihi sub reg. 301. vbi ad reg. ponit quinque fallentias, quæ pro istis adminiculis seruiunt. Giach.

Vide per eum, quia sex tradit fallentias ibid. in quibus quis ex sola fama potest torqueri. Giach.

Fama in ciuilit. Farin d. q. 47. num. 86. s. latione. 64. Morte. 97. Nobilitate, 101. in lauibus, num. 105. in antiquis, num. 106. & seqq. Fama orta post reicarcerationem, vel inquisitionem nihil operatur. Farin. d. q. num. 176. Et de mala fama, 199. & seqq. vsque 207. Ros.

Quod scilicet fama sola sit sufficiens indicium ad torturam. Adde ¶ videndum Duen. in reg. 301. vbi ponit quinque limitationes.

Item adde, ¶ quod fama est magnum indicium in delictis de nocte commissis, Bald. in consil. 174. col. 1. vol. 2. Cranett. consil. 178. numer. 8. & Menoch. de arbit. iudic. cas. 26. i. tenet, quod licet simplex fama non faciat indicium ad torturam, quod tamen facit fama vehemens, & quod remittitur arbitrio Iudicis, quæ frequens, ac vehemens fama dicatur, & Grammat. decis. 34. numer. 52. & seq. & quod fama vehemens faciat indicium ad torturam, vide etiam Duen. regul. 301. limit. 1. vbi tenet, quod sic, & ibi plenè tractauit, quando faciat indicium ad torturam, vide etiam Grammat. in consil. 43. numer. decimoquinto, vbi post multos tenet, quod ex

fama à personis fide digna orta, nullum resultat indicium, sed quod fama solum confirmat alias probationes, quando non probatur habuisse originem à iusta suspicione, & hoc etiã voluit Angel. in l. fin. sub numer. 4. versic. an ergo fama, C. de quæst. & quando faciat fama indicium ad torturam, & vide omnino Menoc de præsumpt. libr. 1. quæst. 70. num. 26. Baiard.

Commune opin. Farin. d. q. 47. num. 4. 5. & 6. vsq. 10. & 13. 15. Ros.

Ex sola fama procedatur ad torturam. Adde hic, quod si iudex ex sola fama, & nuda poneret reum ad torturam, & ille fuisset confessus, talis confessio non noceret, sed haberetur, ac si fuisset extorta absq; indicijs: sed quibus casibus faciat indicium ad torturam, vide etiam per pract. Carrer. vbi supra per totum. Giach.

Fama enim in criminalibus. Adde ¶ in hac materia, an fama in criminalibus probet plene, vel semiplene, tradita per Duen. in regul. 300. vbi ponit quinque ampliationes, & sex limitationes, & Felyn. in capitul. veniens, num. 12. cum seq. de testib. vi. omnino Mascard. de probat. conclus. 754. vbi latissimè, an fama semiplenam faciat probationem, quando agitur criminaliter.

Item adde, quod fama iuncta cum uno teste de visu non probat, Bar in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæst. Paris. de syndic. verb. tortura, §. quidam latro famosus, num. 5. Sed Felyn. in d. c. veniens, nu. 14. tenent, quod fama cum vno teste de veritate, & cum alio indicio plenè probat delictum, & Rim. iun. in consil. 84. nu. 18. consil. crim. tom. 2.

Item adde, quod per famam potest probari, quod filius percussit matrem Bernard. Diaz. in reg. 331.

Item adde, si statutum disponderet, quod sola fama probent delictum valeret: sed quia est contra ius commune, plurib. modis restringitur per Dec. in c. 4. n. 48. & seq. de app.

Item adde, quod si statutum vult, quod contra magnates sufficiat fama, & fama fuerit probata hinc inde, talis fama non probat, secundum Bald. in l. sacrosancta; C. de episc. & cler. Bur. consil. 98. nu. 17. cum seq. & consil. 88. nu. 14. & consil. 20. nu. 20. & in multis alijs consilijs, vbi plenè tractat, & Menoch. consil. 94. nu. 8.

Item adde, quod fama sola iunctis aliquibus adminiculis, vbi vertitur difficultas probationis, inducit plenam probationem sufficientem ad condemnandum, non autem ad penam ordinariam, sed extraordinariam, Gram. decis. 42. nu. 12. & consil. 57. nu. 17. & Paris. de syndic. in ver. tortura, §. quidam latro famosus, vbi plenè. Sed hoc per iudices prudentes parù practicitur, nisi in casu Paradis, quæ esset famosus latro, etiam quod fuisset tortus, & confessus, non fuisset.

Item

Item adde, quod in statu Ecclesiastico robaria, incendia, & alia graua maleficia, uel damna in terra, uel in mari, quod committuntur de nocte, probantur per publicam famam, quæ habetur in dictis delictis pro plena probatione, ut per Conit. March. lib. 7. c. 22.

Item adde, quod fama facit indicium ad torturam, si cum ea concurrat denunciatio iudici secundum Brua. in trac. de Indic. par. 1. q. 3. num. 32. Baiard.

Regula, quod fama in criminalibus non faciat semiplenam probationem cum quinque ampliationibus, atque sex limitationibus, vide per Duenn. ead. reg. 300. & aliam regulam, quod fama in criminalibus non faciat indicium ad torturam cum quinque limitationibus vide per eundem reg. seq. Gra. h. m. Ceterum si cum ipsa. Far. sup. num. 17. 18. 21. 28. & 30. Ros.

Posset etiam esse delictum adeo difficultis probationis. Adde, quod ita tenet Bart. in l. si quidem, C. fol. matr. & Roman. consil. 76. in causa nobilis viri, col. 2. versic. Tertio ad hoc: quem refert, & sequitur Soc. iun. consil. 90. nu. 16. vol. 2 ubi dicit, quod fama uideatur per se plene probare in his, quæ sunt difficili probationis, & licet hoc procedat in causis ciuilibus, tamen in criminalibus facit semiplenam probationem, & sic facit indicium ad torturam. Baiard.

¶ Si sola fama sufficeret. Farin. sup. num. 11. Ros.

Sed pone, quod reus. Adde, quod hoc procedit, si utraq; sit probata in genere, vel in specie, quia si vna in genere alia in specie, praualeat illa, quæ fuit probata in specie, Alexan. in consil. 77. vol. 1. & Curt. consil. 55. & decis. Pedem. 79. nu. 54 est verum, quod licet non tollat, & non praualeat, tamen elidet, Bald. in l. 2. C. de falsis. Et aduertas, quod fama bona praualeat mala, quando non adest aliud indicium contra reum: secus verò, si adest, Gad. in tract. de præsumpt. num. 15. vbi plenè examinat quæstionem, quando fuit commissum delictum, & statim inculpatus Titius, & diffamatus, & pro eo fuit probata bona fama, an sit torquendus. Baiard.

¶ Quæst. 60. vers. frequens etiam. Infr. q. 60. vers. frequens concluditur, quod probatio bonæ famæ prodest, quando ex Iulij Clari Sentent. Pract. Crimin.

mala tantum fama indicatur reus; secus, cum ultra famam anquod adest indicium, uel adminiculū quid ergo si fama hæc sit informis, ut puta, quia in processu informat uo appareat probata fama de delicto, pro quo inquiritur: reus autem in processu defensionis probauerit de bona voce sua, &

aliquem in specie de eo delicto, de quo agitur: sed si esset mala fama in genere, quia scilicet ille esset homo diffamatus de alijs delictis, & sic fama, tunc ex qualibet leui suspitione attingente delictum, de quo agitur, solet reus tormentis subijci, modo illa fama sit in eodem genere delicti: nam semel malus semper præsumitur malus, in eodem genere mali, cap. semel malus, cum ibi notat. de regul. iur. in 6. Et hæc est communis regula, ut attestatur Blac. in pract. crim. fol. vlt. cautel. 14. Ceterum si delicta essent dissimilia, non oriretur contra eum ex ea fama aliquod indicium. Nam ad hoc, ut mala fama noceat reo, debet esse in eodem genere mali, Et ita dicunt omnes, ut ait Practic. Casoni, folio 16. numero 5. Bene verum est, quod si talis ita diffamatus probaret, quod per triennium proximum bene uixisset, & fuisset bonæ uocis, conuersationis, & famæ illa mala fama contra eum probata nihil ei noceret, sed censeatur in totum purgata, ita dicit Sal. in l. si minorem, C. de integ. rest. min. Et dicit Grammat. super cap. Regni, fol. 141. num. 7. quod ita concludunt omnes: quod nota: quia posset tibi facere magnam honorem in practica. Vnde in hoc proposito ea, quæ dixi in d. vers. Frequens etiam.

Vnus testis deponens de maleficio facit indicium contra reum: hoc tamen intellege, ut procedat, quod ad inquirendum, id est, quoad assumendas specialiter contra eum informationes super delicto. Sufficit enim vnicus

quod aliàs quis deliquerit, non potest reus torqueri, est enim dare nimis latas habenas Iudicibus, ut ibidem. Drogh.

¶ Modo illa fama sit in eodem genere delicti. Adde ¶ q. 64. uers. Dixi etiã, ibi, quia falsè, ubi cõtrariū videtur, quia ex solo

¶ Ceterum si delicta. Far. q. 23. de qua in nu. 31. & q. 47. num. 204. tit. de delict. q. 23. nu. 27. uol. 1. Ros. ¶ Vnus testis. Vnicus testis quomodo indicium faciat. Farin. q. 36. uolum. 2. cap. 1. num. 51. 52. & 53. & numer. Y 1. fir.

1. firmat regulam, quod vnicus non probat cum 8. ampliatione & 18. limitationibus, & num. 207. cap. 4. quid in facto proprio, & quid ad torturam. idem Far. q. 36. vol. 2. nu. 228. & seq. Rosf.

13. *Vnus testis deponens de maleficio.*] Adde, quod Blanc. in repet. l. si. ff. de question. n. 316. cum seq. multum notabiliter dicit, & declarat, quod sufficit, quod testis sit integer, & idoneus, id est, quod non repellatur a iure, & non requiratur, quod sit omni exceptione maior.

14. Item adde esto, quod requiratur ista qualitas, quod sit omni exceptione maior, hoc non procedere, quando aliter veritas haberi non potest secundum Franc. Caton. in tractat. de indic. & torment. tractat. 10. cap. 1. num. 12.

15. Item adde, quod non requiratur, quod sit omni exceptione maior, quando iudex habet arbitrium, tam in procedendo, quam in sententia, vel quod possit procedere, sola facti veritate inspecta, Alex. consil. 65. nu. 9. vol. 1. Gramm. decif. 34. num. 31. & Boss. in tit. de indic. & confid. num. 12. & ibi numer. 14. dicit, quod predicta conclusio fallit, vbi testis non omnino integer coadiuuaretur alijs adminiculis.

Item adde, quod faceret indicium ad torturam, etiam quod non esset omni exceptione maior, si concurreret leuitas vite rei, Carer. in l. obseruare curabis, nu. 10. & Plot. in l. si quando, num. 829.

16. Item adde, quod licet in delictis exceptis admittantur inhabiles, vt in crimine læsæ maiestatis, vel simonia, tamen non sufficeret vnus testis ad torturam, secundum Alex. consil. 11. lib. 1. Marfil. consil. 101. incip. Illumina quæso; & in pract. crim. in §. diligenter, nu. 56.

Item adde, quod vnus testis, omni exceptione maior facit indicium ad torturam, dummodo alia circumstantia non resistant, Blanc. in repet. l. si. ff. de quæst. numer. 324. & Carrer. in l. obseruare, num. 110. circa med. Gramm. consil. 53. num. 6. & Marf. in pract. criminali, in uers. diligenter, in princ. pio.

17. Item adde, quod in Francia per Const. B. Ludouici in tit. de quæst. honeste personæ, uel bonæ famæ etiam si sint pauperes ad dictum vnus testis subijcit tormentis non possunt, & ita in illa Curia Fraciæ de stylo seruatur, ut affirmat Boer. in decif. 163. num. 3.

Item adde, quod si ex forma statuti, uel legis deberet dari indicij, quantum ad plenam probationem, indicium vnus testis de visu, & omni exceptione maioris non sufficeret, sed esset necesse, quod probaretur per duos testes, Marfil. in sig. 269. alijs dixi, & in prac. crimin. * diligenter, nu. 4. circa med.

19. Item adde, quod femina non facit indicium ad torturam, quando est habilita per statutum secundum Catald. in quodam suo consil. prout refert Firman. in uerb. femina sed in statu Ecclesiastico attestacionibus mulierum, plena fides in 20 causis criminalibus adhibetur, ut per Constitut. March. lib. 4. cap. 17. Baiar.

Omni exceptione maior.] Quis autem sit testis integer, & omni exceptione maior, infra quæstion. 24. uersic. Quæro modo: quomodo autem probentur indicia per vnum testem tantum, uide Crauet. consilio 16. numero 12. uersicul.

in qua re considero: Adde hic ad formandum indicium per vnum testem, quod talis testis debet esse maior omni exceptione Crauet. consil. 36. numer. 19. consil. 244. sub num. 8. Drogh.

Omni exceptione maior.] Vide plene Rolan. in consil. 3. n. 38. consil. 37. nu. 9. lib. 3. & Crau. consil. 9. nu. 11. testes autem omni exceptione maiores dicuntur, vbi contra eos nihil opponi potest, nec defectus, vt plene per Carer. in pract. nu. 165. Et aduerte, quia ista qualitas debet attendi, & probari, vide per Rol. consil. 50. nu. 17. lib. 2. & Decian. col. 37. col. 4. Drogh.

Et huiusmodi testis.] Infra q. 58. uersic. Dixi etiam, vbi seipsu hic allegat: quid autem si testis non integer, confirmet dictum iurum in tormentis? Vide supra in §. fallit, uersic. tubornas. Hoc autem limita, quando aliter nec actu, nec potentia veritas haberi potest, infra q. 24. uersic. sciendum est in fine, & de dicto vnus testes tantum, uide per Menoc. de arbit. iud. lib. 2. cent. 1. casu 92. sub numero 9. Nemo enim tam sanctæ, & inculpatae uitæ existit, ut illius assertioni ad condemnationem credendum sit, etiam si is Caro foret, ut fuit Proverbum apud Romanos; sic legitur in Plutarco super uita Catonis Vticensis; & dixit Cicero in oratione pro Sexto Roscio tomo primo; Aphricanus, qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen si res sua ageretur, testimonium non diceret. An autem dictum testis deponens de auditu super ijs, quæ principaliter testant ad visum, probet, ut est in tra. uersic. sequenti: Dic, quod sic, dummodo sensus auditus non sit omnino improporcionabilis actu uisus, nec e contra, vt per Alexan. consil. 14. sub n. 10. ad medium, volum. 2. vnico tamen testi de facto suo deponenti etiam in alterius præiudicium præstatur fides, practic. Pap. in for. lib. opp. contra test. in Glof. ac etiam in 113. numer. 5. Marf. in practica criminali, §. diligenter, numero 19. Alex. consilio 177. sub numero quinto, vol. septimo consil. 77. numero 10. volum. 1. & cur hoc sit, vt vnico tantum testi de facto proprio deponenti sic credatur, dixi infra ad quæst. 24. uersic. quæro nunquid; ubi allegauit Eusebium, quam opinionem, vt veram approbant moderni, vt per Horat. Luc. consil. 161. num. 41. inter consil. diuersi. tomo 1. Non consil. 99. num. 10. Bursat. consil. 20. num. 23. vol. 1. consil. 152. num. 46. volum. 2. Imò etiam legitur, quod periuadentes præiudicium vnus vnico teste concludunt Iudici, Aym. Crau. consil. 95. sub num. 6. consil. 73. num. 23. & numer. 30. vbi tamen uide: Hec autem omnia intelligi sub moderamine, de quo per Fuluuium Paccianum alioquin Clari obiurgatorem, in tract. de prob. lib. 1. cap. 48. numero 38. vbi uide plura in hac materia, uide apud Antonium Gabri. comm. opin. libro 1. de testibus conclus. 1. Drogh.

Ad torturam.] Adde, quibus casibus vnus testis faciat indicium ad torturam per Campeg. tractat. de testibus reg. 365. Giach.

Quam tamen intellige.] Item intellige, atque uide uisus per pract. Carer. pag. mihi 80. 81. sub numer. 110. qui loquitur in teste de visu: & ibid. declarat, quando vnus testis de visu sufficiat ad torquendum, ad illum in hoc recurre. Giach.

Sed quid si testis non uiderit. Adde, quod si testes affirmarent quempiam noctis tempore uidisse aliquem interficere, si probetur eo tempore lunam obicuram fuisse, & eo loci lumen non fuisse, tunc pro talis haberentur, & per computum dierum poterit probari lumen lunæ, ita Menoch. de arbit. iud. cas. 279. nu. 3. Plot. in repet. l. si quando, num. 844. fol. 301. & ibi, num. 17. uers. fallit tertio, tenet, quod testes probaret si deponeret cognouisse de nocte, quia erant ualde propinqui, quauis luna non luceret, uel alitè erit remittendum arbitrio Iudicis, & quando testes qui deponunt de aliquo maleficio de nocte commisso, probent. Vide omnino Viui. opin. 950. vbi latissime, & Malcard. conclus. 1109. nu. 9. Baiard. b. Hoc tamen intellige. Gram. vol. 2. n. 2. & Farin. q. 69. vol. 3. c. 5. nu. 164. & c. 6. nu. 175. Rosf. c. Ceterum testes. Vulpell. consil. 68. nu. 5. Rosf. d. Luna lucebat. Hoc idè in occurrèti casu prædicatum attestatur Plutarco, in Alcibiadis uita, per hæc uerba, uidelicet Rogatus quidam accusator, quonia pacto eum, qui Mercurij statuam percussisset, conspexisset, respondit: se beneficio Lunæ percussoris uultu, sacrilegique nouisse: uerum cum Luna noua, qua tenebræ uigere præcipue solent, id facinus perpetratum esse constaret, satis perceptum fuit à prudentissimis uiris eum, & pugnantia secum loqui, & maleuolentia ad accusandum Alcibiadem non ueritate compelli. Drogh. c. Dictum socij. Multa apud Muciam Cam in suo confessionario, f. 39. Peguer. decif. 5. num. 37. Farin. tit. de indic. & torment. vol. 1. q. 43. nu. 2. & 4. & per totam, & num. 56. & plur. seq. de plur. enorm. quærit, & Gabr. col. 178. nu. 1. lib. 2. dicit oportere vt prius de proprio sit excessu conuictus, antequam interrogetur. Rosf.

Dictum socij criminis.] socius criminis per Ruin. Adde, quando quis dicitur consil. 158. nu. 15. vol. 5. de complicibus socijs, adhaerentibus, fautoribus & instructoribus, uide Carrer. in pract. crim. in §. homicidium, nu. 14. Paris. in col. 168. col. fin. vol. 4. & Gloss. in clem. 1. de pœn. in uer. defenauerit, vbi latè qui complices Inl. Clar. Sentent. Pract. Crim.

focij, & consiliarij dicantur.

Item adde, quod non potest dici socius criminis, qui fuit coactus per uim, & uiolentiam, si vxor, §. si quis, ff. ad l. Inl. de adult. & Lud. Alfer. consil. 143. num. 9. to. 1. inter conf. crim. diuersi. magnæ impressionis.

Regulariter delinquens.] Est iam regulæ, quod testis socius criminis regulariter non admittatur cum tribus fallentijs, uide per Socinum, in tractatu fallent. mihi regul. 517. Alexand. consilio sexagesimo nono, numero octauo, libro secundo, Carrer. in pract. crimin. sub numero 122. per totum, & de cautela adhibenda in opponendo ei: item & quibus casibus, & quomodo debeat interrogari, vt faciat indicium. Giach.

Vt interrogetur.] Infra quæstione sexagesima quarta, uersiculo ueritas, & uersiculo successe siue quæro, ad finem. Drogh.

Vt interrogetur.] Idè Natta consilio 298. numero secundo, & per totum, & Farinacius dicta quæstione 43. numero 56. & 57. Rosf.

Falsare monetam.] Menoch. cas. 447. numero 20. de arbit. iud. & Farin. ubi sup. nu. 43. & 64. Rosf.

Quæ principaliter committuntur in odium.] Contrarium, quod imò adulterium non committatur in odium, sed in amore, infra quæstione quadragesima prima, uersiculo sed quid si vnus, quæstione octuagesima septima, uersiculo finali, ibi, quædam autem, uide Alexandrum regulam traudentem in consilio septuagesimo nono, num. octauo, uolumine secundo. Drogh.

Si tamen interrogetur.] Adde infra quæst. 64. uersiculo ueritas, & uersiculo successe siue quæro, in fine. Drogh.

Sed ad inquirendum.] Adde & communem etiam uide per Practic. Carrer. pag. 95. sub num. 122. uersic. Ex quorum Fallit tamen in casibus per eum ibi adnotatis. Item limita, atque declara, ut illic per totum. Giach.

Quod in ijs criminibus.] Menoch. d. casu, & Farin. mem. loco, num. 123. & 124. Rosf.